

Codice Diplomatico Longobardo I, 45

+ In nomine domini Dei nostri Iesu Christi regnante domno nostro Liutprand uir excellentissimus [rege, anno filicissimo] rigni eius octauo decimo, mense ianuario, inductione tertia decima. Consta me Candido uir religiosus clericus filius quondam Dondoloni hanc dies aruitrium [prona] et benigna uolumtatem uindedisse et uindedi, tradedisse et tradedi tiui Larini terrula mea in locum qui dicitur Oritteto, plus menu modiorum tris, prope uia publica; in caput de terrula et infra ipsa terrula est uno pero; tiui uenondaui. de [quibus pretium] petiui, et in presente accepit, auris soledus stellatus nobus Lucano numero quindecim tantum, sicut inter nobis bono animus in placetum conuine. et consta me in omnibus esse suppletus, et nihil mihi in amplius pretium reddeuire uideris; set omnia mihi complectus pariasti. unde atmodo tu denominato Larini ipsa terrula in predictum locum aueas, teneas, possedeas tu tuisque uel heredibus tui, in perpetui temporebus uindici hac defendas; et quidquid exinde agere, facere uolueri, ut potens firmissimos domino, in tua qui supra emturi sit potestatem ipsa terrula. et, quod non credimus nec fieri potens, ut si contra hanc cartula uenditionis a me facta uel tradita ire, uenire temptauero, ego per me Candido aut heredibus meis, et non potuero te aut tuos heredis ipsa terrula, [qualiter superius nominata, da] qualiuuit homine, sit tiui emturus conponituri pine nomine auris soledus trentas, quod est in duplus; presens cartula uenditionis in sua maneat firmitatem. Quam cartula uenditionis Ansof notarium scriuere rogaui, hubi propria manu signum sancte cruci feci, et testibus rogatis optuli roborandum. Actum Pisa, per inductione suprascripta; feliciter. Signum + manus Candido uir religiosus clericus, qui hanc cartula scriuere rogauit. + Ego Iohannis episcopus in hanc cartula manu mea subscrispi. + Ego Andreas diacunu in anc cartula uenditionis [manu mea subscrispi]. Ego Benedictus uir clarissimus notarius domni Gregorio gloriosissimi doci huic cartule uinditionis rogatus ab Candito uiro religioso clero testis subscrispi et suprascriptos quindice soledos dante uidi. Ego Aloari ad Candidu rogitus propria manus mea supbcripsi. Signum + manus Ansprand uir deuotus filius quondam Tit [... testis]. Ego Ansof notarius post tradita depleuit.